



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXXII. Vtrùm, si quis velit confiteri mortalia, quae olim fuerit legitime[m]
confessus, liceat eorum aliqua reticere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput III. De Qualitate

Respōsio. **Q**VI spontè vnam partem venialium peccatorum confitetur, & aliam omittit, nihil in eo sceleris admittit, nisi dubiam habuerit conscientiam, an mortalia sint; vel erroneam, verè putans esse mortalia; aut circumstantiæ alicuius causa veniale, factum sit mortale: Tum enim necessariò forent confitendà. Cùm enim venialia nō sint huius Sacramenti necessaria materia, propterea in illis summam libertatem habet pœnitens, vt vel omnia, vel partem tantùm confiteatur, idque vel vni, vel diuersis Sacerdotibus, vno eodemque tempore, vel etiam diuersis.

Quæstio **Si quis velit confiteri mortalia, quæ olim fuerit legitimè confessus, licetne eorum aliqua reticere?**
XXXII.

Respōsio. **Q**VI iterum mortalia confitetur, quæ olim ritè fuerat confessus, etsi confessionem diuidat, aliqua duntaxat confitens, Sacramentum itidem valet, nec vllum committit peccatum, modò sacerdoti non imponat, dicens ea tantùm esse totius vitæ suæ peccata: Nam licet eiusmodi crimina semel per Confessionem explicata iterum possint esse Sacramenti Absolutionis materia; nunquàm tamen sunt materia necessaria.

Licetne: